

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars secunda, hoc est:
Solida, ad discendam & exercendam, ex evangeliis tam
dominicalibus quam festivalibus Christi & sui-ipsius
notitiam, informatio**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

De secundo

[urn:nbn:de:bsz:31-126164](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126164)

cum gaudio suscipiamus, Heb. 10, 33. Qui enim perseveraverit usque in finem, hic sal-
vus erit, Matth. 24, 13. Luc. 9, 62.

Marius Centurio Caesaris Augusti, cum captivus Antonio adductus, ab eodem in-
terrogaretur; quomodo putaret, se cum illo velut hoste suo, acturum esse, animose re-
spondit: *Ingulari me jube, quia nec salutis be-
neficio, nec mortis supplicio adduci possum, ut
aut Caesaris miles esse desinam, aut tuus fieri
incipiam.*

Nos Christiani itidem spirituales milites
sumus, qui sub vexillo Christi adversus dia-
bolum & ejus satellites militamus. Ideoque
ut Marius hic Augusto: sic nos Christo
usque ad mortem fideles simus, sicut in Ba-
ptismo promissimus, & dabit nobis coronam
vitae, Apoc. 2, 20.

Israelitæ carnes Ægyptiacas respiciebant,
cum jam in via essent, Palæstinam occupatu-
ri: ideo prostravit eos Deus in deserto, ut
de sexcentis millibus virorum, nemo nisi
Josua & Caleb superfuert. Sic Apostata-
rum non pauci inter nos occurrunt, qui ad
tempus credunt, fluctuant, & circumferun-
tur omni vento doctrinæ, Eph. 4, v. 14. His
juravit Deus, in ira sua, si introibunt in re-
quiem suam, Psal. 95, v. ult.

Ideo dictum tibi puta: Tene quod ha-
bes, Apoc. 3, v. 1. Nam *inter omnes virtutes,
sola perseverantia coronatur*, Bernhardus.
Si autem avertit se justus à justitia sua,
in peccatis suis morietur, Ezech. 18, v. 24.
Ecclef. 11, v. 3. Ora igitur sedulo cum Ec-
clesia:

Fac me metus non abstrahat
Vesana nec voluptas:
Fides nec unquam desinat,
Soli tibi potestas.

Lasi mich kein Lust noch Furcht von dir!

In dieser Welt abwenden /
Beständig seyn ans End gib mir!

Du hastis allein in Händen.

Item. Te Christe, honoro gratias, *Sint tibi, Jesu, ora,
Dilectio*

Me sic quod informaveris, *Quod nosse hoc facis
me!*

Per sanctius verbum: *in sacro codice*

Largire mi constantiam, *Da mihi et gratiam*

Ut ne salute hac excidam. *Saluti mee comoda.*

Ich danck dir Christe Gottes Sohn!

Das du mich solchs hast erkennen lahn!

Durch dein göttliches Wort:

Verleih mir auch Beständigkeit!

Zu meiner Seelen Seligkeit.

De Secundo.

Transibimus nunc ad alteram partem,
χρησις οὐνοσταν, sive notitiam Christi,
contemplaturi. Hic nobis commenda-
tur:

1. *Tanquam Ecclesia sua propugnator.* Hic
audimus, quod Saulum cædes & minas spi-
rantem ad rationem revocat, & persecutio-
nem, qua adversus Christianos Damasce-
nos saevierat, sibi ipsi adscribat, ait enim:
*Saul, Saul, quid me persequeris? Ego sum Je-
sus, quem tu persequeris: Durum est tibi con-
tra stimulum calcitrare.*

Ex hoc apparet, quod omnis injuria,
quæ veris Christianis, ratione Evangelii
infertur, in Christum ipsum redundet. Est
enim caput Ecclesiæ suæ, Eph. 1, 21. Quem-
admodum igitur caput dolore afficitur, quã-
do membra patiuntur: sic & anima Christi ir-
ritata est, super miseria Israelis, Jud. 10, 16.
qui enim fideles suos tangit, pupillam oculi
tangit, Zach. 12, 8. ideoque impunitos illos
non dimittet, est enim Dominus omnipotens

Gen. 17, 1. furor hominum est laus ejus, reliquis furoris accinget se, Pfal. 76. v. 11.

Hoc exempla Pharaonis, Exod. 14. v. 28. Hamani, Esther. 7. v. 10. Nicanoris, 2. Mac. 14. & 15. cap. aliorumque abunde testantur.

Sic omnes tyrannos & Ecclesia hostes ille proffigabit, ut cum fiducia dicere possimus: Clasticum canite populi & vincimini, Esa. 8. v. 9. 10.

Saulus diplomata ferebat, quæ à Pontificibus & Antistitibus Hierosolymitanis, aduersus discipulos Damascenos, acceperat. Quis cum pro tali in via habuisset? Sed Christus id optime vidit, & ex ungue leonem agnovit, ideo ait: Saul, Saul, quid me persequeris?

Adhuc hodie subinde accidit, ut hic vel ille diplomata ejusmodi astute sibi conciliet, non vero arbitrat, easdem à Christo Dei & Mariæ filio, jam tum lecta esse: & sicut Dominus est super omnia, Act. 10. v. 36. sic neque concedet, ut consilia, quæ hostes veritatis aduersus Ecclesiam suam conceperunt, in actum deducantur. Dissipat enim cogitationes astutorum, ne possint implere manus eorum, quod ceperant, Job. 5, 12.

Animas itaque vestras in patientia custodite, Dilecti! ut ut terra loco suo moveretur, & montes in medium mare precipitarentur, Pfal. 46. v. 3. Habetis enim potentissimum defensorem, Jesum ipsum, qui non deseret, neque derelinquet vos, Heb. 13. v. 5. Ipse est pastor, vos ovicula: qui pastor oves suas desereret? Johan. 10. v. 12. Ipse est sponsus, vos sponsa: qui sponsus sponsam negligeret? Ose. 2, 19. Ipse pater-fa-

miliis est, vos domestici ejus: quomodo paterfamilias domesticos suos non respiceret? Eph. 2, 20. Hoc nunquam faciet, nec facere poterit. Sed ut nostra afflictio sua afflictio, & nostra persecutio sua ipsius persecutio est: sic & ejus gloria nostra quoque gloria erit. Fidelis enim sermo: si commortui fuerimus, & convivemus: si sustinemus, & conregnabimus. 2. Tim. 2. v. 11. Apoc. 3. v. 21.

II. *Tanquam peccatorum reformator.* Qui facile ex Saulo Paulum, ex inimico amicum, & ex persecutore concionatorem facere potest. Hic tribus præcipue mediis uti solet. Saulum minas & cædes spirantem convertit:

1. *Luce*, quæ subito de cælo supra splendorem Solis eum circumfulsit, ut ipse coram Agrippa fatetur, Act. 26. v. 13.

Hoc ipso Christo Saulo gloriosam suam majestatem manifestavit, qua licet quoad externum visum occæcatus est: attamen interius illuminatur, & mutatur in virum alium, ut de Saule rege dicitur, 1. Sam. 10. v. 6. ut à potestate tenebrarum liberatus, Luc. 22 v. 54. in hac luce Christum viderit, qui est vera lux, illuminans omnem hominem, venientem in hunc mundum, Joh. 1. v. 9.

Hæc beata erat Metamorphosis. Nam in tenebris sedenti tenue gaudium est, ut Tobias ait, Tob. 5, 12. sed major miseria est, vera Dei cognitione destitutum esse, sicut de gentilibus dicitur, quod sederint in tenebris & umbra mortis, Luc. 1, 79.

Dum igitur Servator Paulum ex tenebris illis eripuit, & lumine suo collustravit nobis quoque gratia Deo agenda sunt. Ipse enim Doctor gentium factus, 1. Tim. 2, 7. lucernam

nam Evangelii fuper candelabrum pofuit, Matth. 5. v. 15. ut radios fuos longe lateq; pergentes difperferit, & ab Hierufalem per circuitum, ufque ad Illyricum repleverit Evangelium Chrifti, Rom. 1. v. 19. ut & nos per lucem Epiftolarum ejus illuminati, lux facti fimus in Domino, Eph. 5. v. 8. in quo lumine & nos aliquando fperamus lumen æternum, Pfal. 36. v. 11. communio- nem habentes cum patre & filio, 1. Joh. 1. verf. 6.

2. *Voce. Saul, Saul, quid persequeris me?* Et quærenti, quis es Domine? refpondet: Ego fum Jefus, quem tu persequeris: Durum eft tibi contra ftimulum calcitrare. Cumq; tremens & ftupens diceret: Domine, quid vis me facere? Dominus refpondit ei: Surge, & ingredi civitatem, & ibi dicetur tibi, quid oporteat te facere.

Hoc verbo Sauli cor percuitur, ut à furore priftino abftitens, ei, quem hætenus perfecutus fuerat, morem gerat.

Adhuc hodie verbum hoc inter nos fonat; Verùm multi vinejus impediunt. refiftentes fpiritu fâncto, Act. 7. v. 54. & dicentes ex Jeremiæ c. 44. v. 16 Sermonem, quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus ex te; Interea tamen non planè desperabimus de virtute Dei, nec æt- bitamus, quin quarta pars feminis Divini fructum latura fit, juxta illud, Efa. 55. verf. 10. 11.

3. *Cruce.* Erat enim tribus diebus non videns, & non manducavit, nec bibit. Per hanc miferiam Deus Saulem afflixit, ut eò ardentius oraverit, & per preces gratiam Dei imploraverit. Afflictio enim dat intel- lectum, Efa. 58. v. 19.

Ita tribulatio adhuc hodie efficax ftimu- lus eft ad veram pietatem, nam qui paffus

eft in carne, defuit à peccatis, 1. Petr. 4. v. 1. quin & affiduus eft in precibus, & ita rem fuam instituit, quò poft vitam hanc falutis compos evadat.

Nos efficax hinc folatium hauriamus, quod Deus persecutorem hunc adeo gra- tiosè respexerit, & in collegium Apoftoli- cum adoptaverit. Et miferationum ejus nondum finis eft, fed ut tum affectus fuit, in peccatores: eodem modo adhuc hodie affectus eft: non quoque perfonarum ac- ceptor eft: fed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuftitiam, acceptus eft il- li, Act. 10. v. 35.

Quod fi igitur *peccatorum multitudo* te terret, memento, quod & Paulus blasphe- mus, & persecutor & contumeliofus fue- rit, 1. Tim. 1. v. 13.

Si peccatorum turpitudine te terret, cogita quod Paulus Chriftum ipfum persequutus, manus fuas fanguine innocente contami- naverit, quid turpius excogitari poffit? Si quis enim non amat Dominum Jefum, fit Anathema, Maranatha, 1. Cor. 16. v. 23.

Si peccatorum magnitudo, memineris quod Paulus primus peccatorum fuerit, 1. Tim. 1. v. 15.

Quod fi igitur Chriftus Paulum non ab- jecit, fed in gratiam recepit, nequet e ille ab- jiciet, quantus enim eft ipfe, tanta eft ejus mifericordia, Sir. 2. v. ult. *Neperate veni- am scelerum magnitudine, quia magna pec- cata magna Deus delebit mifericordia*, ut Hieronymus præclare ait, Pfal. 51. v. 3.

Ignatius fcribit, quod Chriftus peccato- ri desperabundo apparuerit, eique mon- stratis vulneribus fuïs dixerit: ecur cogita- tionibus ejusmodi nefariis luctaris? Ecce hæc vulnera propter te paffus fum, quæ fi

Nnn 3

non

non sufficiunt, adhuc semel propter te passurus sum.

Ita piensissimus Servator adhuc hodie affectus est, erga omnes respicientes peccatores, nec ullum, qui ad eum venit, ejiciet foras, Joh. 6. v. 37. Attamen misericordiâ ejus abuti non debemus: tam citò enim irasci potest, quàm misereri, Sir. 5. v. 7.

III. *Tanquã ministerii legitimator.* Quod si Christo libitum fuisset, facilè Saulo dicerè potuisset, quid facere deberet, siquidem dudum ante varias utiles instructiones inculcaverat, Matth. 5. v. 20. Ipse quoque cum à peccatis absolvere potuisset, ut Mariam Magdalenam, Luc. 7. v. 47. & paralyticum absolverat, Matth. 8. v. 2.

Verùm quò *autoritatem ministerio* conciliaret, ablegavit ipsum ad Ananiam, ipse ei manum imponere, instruere, baptismo tingere, & in electum Dei organon cum initiare jubetur, ut portare possit nomen Christi, coram gentibus, & Regibus, & filiis Israël.

Nos hinc agnoscamus *sapientiam Dei nostri*, qui ex ore infantium & lactentium perfecit sibi robur, Psal. 8. v. 3. Hoc Diabolum valdè urit, est enim *spiritus superbus*. Sed pusillus David tenetur procerum Goliath superare, 1. Sam. 17. v. 50. ut sublimitas virtutis sit Dei, & non ex nobis, 2. Cor. 4. v. 7. sicut Gideon paucis suis, iisque inermibus militibus universum Midianitarum exercitum profligavit, Jud. 7. v. 22. 16.

Interim hoc ipso obedientiam nostram probare vult, utrum voluntatem ejus hac in re agnoscere, & præconibus verbi fidelibus sicut sibi ipsi reverentiam & obedien-

tiam præstare velimus. Nullum est dubium, quin si Deus ipse in suggestum adscenderet & clamaret: Pœnitentiam agite! quilibet exhorresceret, & ad pœnitentiam maturaret: Leo namque rugivit, quis non timebit? Amos. 3. v. 8.

Sed ita non esset cultus spontaneus, quem à nobis requirit, Psal. 110. v. 3. Iccirco homines nobis præcones dat, & si illos audierimus, quasi seipsum audivissimus, id reputabit, Luc. 10. v. 16. Beatus, qui in despectâ specie non scandalizatur, sed ad exemplum Galatarum, eos recipit, ut Christum ipsum, Gal. 4. v. 14. Qui enim vos recipit, me recipit, & qui me recipit, recipit illum, qui misit me, ait ipse, Matth. 10. v. 40.

Copiosa igitur merces manet eos, qui ministerium reverenter habent, & audiunt, hoc ipso enim gratum Christo, patrique ejus cœlesti cultum præstant, qui ipsos suscepturus est in æterna tabernacula, Luc. 16. vers. 9. & per eorum conversionem gaudium in cœlis coram angelis excitabit, Luc. 15. vers. 10. Ubi nos ipsi prædicabimus, non verò pœnitentiam & remissionem peccatorum, ut in hoc mundo, Luc. 24. v. 47. sed salutem Domini de die in diem, in æternum, Psal. 96. v. 2.

Largiatur id nobis Deus ter sanctus, per Jesum Christum, Dominum & Salvatorem nostrum,
Amen.

* * *